

717 [= 5201] ad S. Pauli in aedibus episcopi.

L · S E S T I V S ·  
L · L · S A L V I V S ·  
R V F I L A ·            sic  
C O L I B E R T A ·  
5            · P O S V I T ·

Descripti ego, recognovit Dressel. Rossi p. 129; Gervasio epp. ms. vol. IX et *iscr. di Lesina* p. 61 a Ludovico d'Alfonso 16 Sept. 1834 et Vinc. de Ambrosio 18 Oct. 1834.

718 [= 5202] ad S. Pauli in episcopio.

C · T I T I O · > L  
C O M O  
P I L I A E · > L · H I L A R A E  
I N F A · P · X I I · I n A G · P X

Descripti ego, recognovit Dressel. Rossi p. 129; Gervasio epp. ms. vol. IX et *iscr. di Lesina* p. 62 a Lud. d'Alfonso 16 Sept. 1834 et Vinc. de Ambrosio 18 Oct. 1834.

4 I 2 / \CG / P X Dressel.

719 Torre o Castello di Dragonara prope Torremaggiore ad dextram Fortoris FRACC. Dragonarae nuper rep. D'ALFONSO. Dragonara e olim sedes fuit episcopi (Ughelli 8, 274).

D · M  
S I N E R V S A E  
C O N I V G I            in latere:  
B E N E M E R E N T I            avis  
5            F E C I T  
E V T I C H E S

Ludovicus d'Alfonso Sanseverinus misit Gervasio (epp. ms. vol. IX) 10 Mai. 1834; Fraccretata Capitanata 4 (1834) p. 373.

2 DVNFERVSAE, 4 ENEMERENTI, 6 EVTICHE Fracc.

720 basis male scripta. Lesinae prima strada Tratta n. 2.

D · M  
C / V · E · S P E C T A T O  
Q · V A N · X V I I I ·  
M · I I I · D V I I I · P A  
5 I · M · F · F I · F E C            sic

Dressel descripsit.

721 missa ex Lesina una cum n. 703.

I D I O A C I I O A V C · V  
A D I I · P E R P E T V O H I I A ·  
D · V I : I O N I N V S I O N O  
D I M I S H O N O M I V S I S  
5            D N C O M P O I V S I O S

Ascanius Caputo misit Gervasio 22 Jul. 1834 (epp. ms. vol. IX).

722 sotto Serracapriola, servivano di gradini alla chiesetta rurale di S. Giacomo sul tratturo.

X I E P P V L ·            C I K . . .  
. . . . . P A T R . . .            . . . . .  
. . . S P P V L E            E T E R · V  
D I S M            V S P A P . . .  
5 . . . . . H            N · S . . .

Vinc. de Ambrosio misit Gervasio (epp. ms. vol. IX) 18 Nov. 1834.

723 in oppido S. Severi avanti S. Severino.

D I I S M A N I B V S  
. . . . .  
V I C I S S I M

Car. Caputi ad Gervasium scribens 10 Oct. et 5 Nov. 1811 (epp. ms. vol. III) ait in lapide legi *diis manibus* et *vicissim*, reliqua evanuisse.

### XXXI. LARINVM (Larino). Tribu Crustumina.

Larinum (*Larinum* Cicero pro Cluent. 6, 18 seq.; ad Att. 4, 12. 7, 12, 2. ep. 13, 7; Ptolemaeus 3, 4, 65; itineraria supra p. 25; *Laricrinum* Mela 2, 4, 66; *Λάρινα πόλις Δαυνίων* Stephanus Byz. s. v.; *Larinales cognomine Frentani* Plin. 3, 41, 105 cf. 103; *Larinas, Larinales* titulus n. 729; Cicero pro Cluentio 5, 41 seq.; Polyb. 3, 101; Liv. 22, 48. 24. 27, 40. 43. 45, 2; Caesar b. c. 4, 23; Silius 8, 404. 12, 174. 15, 565; *τὴν Λαρινάτων . . . ἐπιδραμών* App. b. c. 4, 52; *τὸ ἐθνικὸν Λαρινάως* Stephanus l. c.; *Larinus* liber coloniarum interpolatus p. 260) in annalibus aetatis vetustioris non memoratur; at testes sunt nummi aenei omnes inscripti alii Graece ΛΑΡΙΝΩΝ, alii litteris Latinis, sermone ut videtur Osco, LADINOD et LADINEI (Friedländer *osk. Münzen* p. 42; Sambon p. 189) rem publicam aetate Romana antiquiorem esse. Regione Italiae secunda Larinum comprehendi auctor est Plinius; quocum convenit, quod Dauniis attribuunt Mela l. c. et Stephanus l. c. Labente aetate liber coloniarum interpolatus cum Larinum collocet inter *civitates regionis Samnii*, quo tempore Samnium praesidem accepit, saeculo scilicet p. Chr. tertio exeunte vel incipiente quarto, Larinum ei videtur cecidisse. Natione Larinales Frentanos esse Plinius auctor est, collocatque Larinum in Frentanorum mediterraneis Ptolemaeus; conferendi sunt Caesar b. c. 4, 23: *per fines Marrucinarum Frentanorum Larinatium in Apuliam pervenit* et Livius 27, 43: *praemissi per agrum Larinatem Marrucinum Frentanum Praetutianum*. Colonia Larinum non est deducta, quamquam liber coloniarum interpolatus sic ait p. 260: *Larinus (ager) lege Iulia est assignatus: iter populo debetur ped. X: finitur sic ut ager Corfinius*. Immo municipium dicitur cum apud Ciceronem pro Cluent. 5, 41. 8, 25. 15, 44 tum in titulis n. 730. 731. 736. 737. Magistratus fuerunt *IIIviri* (Cicero pro Cluent. 8, 25: *quattuorviros, quos municipes fecerant, sustulit, se a Sulla et tres praeterea factos esse dixit*) alii *quinquennales* (n. 736. 737 cf. n. 724 et Cicero pro Cluent. 44, 41: *illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones universi iudicaverunt*), alii *iure dicundo* (n. 736.

737 cf. n. 724), item *aediles* (n. 736. 737. 738). *Quaestura* n. 737 si lectio vera est, non in ordine honorum, sed magis pro munere fuit. Sacerdotes inveniuntur *matris deum* vir n. 734 et *Augustales* (n. 740. 742; *Augustalis iterum honoratus bisellio* n. 741); familiae Martis, de qua agit Cicero pro Cluent. 15, 43, in titulis mentio non fit, cum publici municipii non desint (n. 764). Tribus Larinatium videtur fuisse Crustumina (n. 731. 737. 755); nam Corneliae adscriptus n. 735 alio videtur pertinuisse.

Larinales inscriptiones cum apud auctores saec. XVIII medio antiquiores plane deficient, ab eius aetatis pluribus auctoribus proponuntur, sed ut omnes ad eundem videantur redire, fortasse TRIAM episcopum loci, qui de Larino a. 1744 edidit librum haud indoctum (*memorie storiche civili ed ecclesiastiche della città e diocesi di Larino*. Romae 1744. 4. pp. XC et 688). Ab eodem enim titulos Larinales videntur accepisse qui paullo ante Muratorio eos miserunt PROCACELLIVS a. 1735, COMVS, Petrus POLLIDORVS, qui item in schedas eos rettulit; certe cum Pollidoro eos se communicavisse ipse Tria auctor est p. 623. — Post Triam rursus cum apud Larinales nostrae artis studia diu facuissent, nuper baro Iohannes Dominicus MAGLIANO nobilis Montoriensis lapidibus scriptis et servandis et describendis fructuosam operam navavit. Ab eo profectam syllogen inscriptionum Larinatium certatim ediderunt ORTI Veronensis (*Poligrafo Veronae* 1830 t. 4 p. 401 seq.) acceptam a Bonghio; LABVS Mediolanensis (*nuovo ricoglitore* Iun. 1831 quaderno 78: *lettera all' Orti intorno ad alcune epigrafi antiche*); AVELLINO (*opuscoli* t. 3. 1836. p. 30. 67 seq.) et GVARINI (*alcuni spigolati archeologici*. Neapoli 1842. 8. p. 8. 15 seq.) Neapolitani. Etiam in epistulario GERVASII voll. IX et XXIII exhibentur tituli Larinales missi plerique a Vincentio de Ambrosio. Partem denique eius syllogae repperi inter Bonghiana KELLERMANNI. Habuerunt autem exteri illi titulos fere a Bonghio. — Ipse a. 1845 eiusdem baronis Magliani praesertim humanitate et sollertia adiutus lapides scriptos qui adhuc prostant Larini diligenter